



UNA VOCE VENETIA

Mercoledì dopo la Domenica quarta di Quaresima

Seqüentia sancti Evangelii secundum Joannem *Joann. 9, 1-38*

IN ILLO témpore : Præteriens Jesus vidit hóminem cæcum a nativitate : et interrogaverunt eum discipuli ejus : Rabbi, quis peccávit, hic aut paréntes ejus, ut cæcus nascerétur? Respóndit Jesus : Neque hic peccávit neque paréntes ejus : sed ut manifestétur ópera Dei in illo. Me opórtet operári ópera ejus, qui misit me, donec dies est : venit nox, quando nemo potest operári. Quámdu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, éxspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linívit lutum super óculos ejus, et dixit ei : Vade, lava in natatória Síloe (quod interpretátur Missus). Abiit ergo, et lavit, et venit videns. Itaque vicíni, et qui víderant eum prius, quia mendícus erat, dicébant : Nonne hic est, qui sedébat et mendicábat? Alii dicébant : Quia hic est. Alii autem : Nequáquam, sed símilis est ei. Ille vero dicébat : Quia ego sum. Dicébant ergo ei : Quómodo apérti sunt tibi óculi? Respóndit : Ille homo, qui dícitur Jesus, lutum fecit, et unxit oculos meos, et dixit mihi : Vade ad natatória Síloe, et lava. Et ábii, et lavi, et vídeo. Et dixerunt ei : Ubi est ille? Ait : Nescio. Addúcut eum ad pharisaeos, qui cæcus fúerat. Erat autem sábbatum, quando lutum fecit Jesus, et apéruit óculos ejus. Iterum ergo interrogábant eum pharisaei, quómodo vidisset. Ille autem dixit eis : Lutum mihi posuit super oculos, et lavi, et vídeo. Dicébant ergo ex pharisæis quidam : Non est hic homo a Deo, qui sábbatum non custódit. Alii autem dicébant : Quómodo potest homo peccator hæc signa facere ? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco íterum : Tu quid dicis de illo, qui apéruit óculos tuos? Ille autem dixit : Quia Prophéta est. Non credidérunt ergo Judaei de illo, quia cæcus fúisset et vidisset, donec vocaverunt paréntes ejus, qui víderat : et interrogaverunt eos, dicéntes : Hic est fílius vester, quem vos dícitis, quia cæcus natus est? Quómodo ergo nunc videt? Respondérunt eis paréntes ejus, et dixerunt : Scimus, quia hic est fílius noster, et quia cæcus natus est : quómodo autem nunc vídeat, nescimus : aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus : ipsum interrogáte, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt paréntes ejus, quóniam tímebant Judaeos : jam enim conspiráverant Judaei, ut, si quis eum confiterétur esse Christum, extra synagógam fieret. Proptérea paréntes ejus dixerunt : Quia ætatem habet, ipsum interrogáte. Vocaverunt ergo rursus hóminem, qui fúerat cæcus, et dixerunt ei : Da glóriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccátor est. Dixit ergo eis ille : Si peccátor est, nescio : unum scio, quia, cæcus cum essem, modo vídeo. Dixerunt ergo illi : Quid fecit tibi? quómodo apéruit tibi óculos? Respóndit eis : Dixi vobis jam, et audístis : quid íterum vultis audíre? Numquid et vos vultis discipuli ejus fieri? Male dixerunt ergo ei, et dixerunt : Tu discipulus illíus sis : nos autem Móysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locúsus est Deus : hunc autem nescimus, unde sit. Respóndit ille homo et dixit eis : In hoc enim mirábile est, quia vos nescítis, unde sit, et apéruit meos óculos : scimus autem, quia peccatóres Deus non audit : sed, si quis Dei cultor est et voluntátem ejus facit, hunc exáudit. A saéculo non est auditum, quia quis apéruit óculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non póterat fácere quidquam. Respondérunt et dixerunt ei : In peccátis natus es totus, et tu doces nos? Et eiecérunt eum foras. Audívit Jesus, quia eiecérunt eum foras, et cum invenísset eum, dixit ei : Tu credis in Fílium Dei? Respóndit ille et dixit : Quis est, Dómine, ut credam in eum? Et dixit ei Jesus : Et vidísti eum, et qui loquítur tecum, ipse est. At ille ait : Credo, Dómine. **(Hic genuflectitur.)** Et prócicdens adorávit eum.



Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 9, 1-38*

IN QUEL tempo, passando Gesù, vide un uomo cieco fin dalla nascita. I suoi discepoli gli domandarono: Maestro, di chi è stata la colpa che costui nascesse cieco? di lui o dei suoi genitori? Rispose Gesù: Né egli, né i suoi genitori hanno peccato: (ciò avvenne) affinché in lui si manifestino le opere di Dio. Conviene che io faccia le opere di chi mi ha mandato, fintanto che è giorno: viene la notte, quando nessuno può operare. Finché sono nel mondo, sono luce del mondo. Ciò detto, sputò in terra, fece con la saliva del fango, ne spalmò gli occhi di lui, e gli disse: Va, lavati nella piscina di Siloe (che significa: inviato). Andò pertanto, si lavò, e tornò che vedeva. Quindi i vicini e quelli che l'avevano prima veduto mendicare, dicevano: Non è questi colui che stava a sedere mendicando? Alcuni dicevano: È lui. Altri: No, ma è uno che gli somiglia. Or egli diceva: Io son quel desso. Ma essi gli domandarono: Come mai ti si sono aperti gli occhi? Rispose egli: Quell'uomo che si chiama Gesù fece del fango, spalmò i miei occhi, e mi disse: Va alla piscina di Siloe e lavati. Sono andato, mi son lavato e vedo. Allora gli dissero: Dov'è colui? Rispose: non lo so. Conducono colui che era stato cieco dai Farisei. Orbene era di sabato, quando Gesù fece quel fango e aprì gli occhi al cieco. Di nuovo dunque lo interrogavano anche i Farisei in qual avesse ottenuto la vista. Ed egli rispose loro: Mise del fango sopra i miei occhi, e mi lavai, e vedo. Dicevano perciò alcuni dei Farisei: Non è da Dio quest'uomo che non osserva il sabato. Altri dicevano: Come può un uomo peccatore far tali prodigi? Ed erano tra loro in discordia. Domandarono perciò di nuovo al cieco: Tu che dici di colui che ti ha aperti gli occhi? Egli rispose: È un profeta. Non cedertero però i Giudei che egli fosse stato cieco e avesse riacquistata la vista, sino a tanto che ebbero chiamati i genitori di costui che adesso vedeva. Li interrogarono: È questo quel vostro figliuolo, che dite essere nato cieco? come dunque ora ci vede? Risposero loro i genitori di lui: Sappiamo che questo è nostro figliuolo, e che nacque cieco: come poi ora ci veda, non sappiamo; e neppure chi gli abbia aperto gli occhi. Domandatene a lui: ha la sua età, risponda da sé. Così parlarono i genitori di lui, perché avevano paura dei Giudei; costoro infatti avevano già stabilito che se alcun riconoscesse Gesù per il Cristo, fosse cacciato dalla sinagoga. Per questo dissero i genitori di lui: Ha la sua età, domandatene a lui. Chiamarono dunque di bel nuovo colui che era stato cieco, e gli dissero: Da' gloria a Dio: noi sappiamo che quest'uomo è peccatore. Rispose loro: Se sia peccatore l'ignoro; questo soltanto so che ero cieco e ora vedo. Gli dissero perciò: Che ti fece egli? Come aprì a te gli occhi? Rispose loro: Ve l'ho già detto e l'avete udito: perché volete sentirlo di nuovo? Volete forse diventar anche voi suoi discepoli? Ma essi lo strapazzarono dicendo: Sii tu suo discepolo: quanto a noi siamo discepoli di Mosè. Noi sappiamo che a Mosè parlò Dio: ma costui non sappiamo di dove sia. Rispose loro: Qui appunto sta la meraviglia, che voi non sapete di dove sia, e intanto ha aperti i miei occhi: ora sappiamo che Dio non ascolta i peccatori: ma chi onora Dio e fa la sua volontà questi è esaudito da Dio. Dacché mondo è mondo non si è mai udito che qualcuno abbia aperti gli occhi a un cieco nato. Se questi non fosse da Dio, non potrebbe far nulla (di simile). Gli risposero: Tu sei venuto al mondo ricoperto di peccati, e vuoi farci da maestro? E lo cacciarono fuori. Sentì dire Gesù che lo avevano cacciato fuori, e avendolo incontrato, gli disse: Credi tu nel Figliuolo di Dio? Rispose quegli: Chi è egli, Signore, affinché io creda in lui? E Gesù: Tu lo vedi; e colui che parla con te è quel desso. Allora egli esclamò: Signore, io credo. E prostratosi lo adorò.